Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Et qui manducat me: & ipse uiuet propter me. Hic est pa
nis qui de celo descendit: non sicut manducauerunt pa
tres uri manna: & mortui sunt. Qui manducat hunc pa
nem: uiuet in eternum. Hec dixit in synagoga docens in ca
pharnaum. Multi ergo audientes: ex discipulis eius dixerunt.
Dura est hic sermo. quis potest eum audire? Sciens autem
ihs apud semetipsum: quia murmurarent de hoc di
scipuli eius dixit eis. Hoc uos scandalizat. Si ergo uideritis
filium hominis ascendentem ubi erat prius? spiritus est qui uiuificat.
caro non prodest quicquam. Verba que ego locutus sum uobis
spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam ex uobis: qui non credunt.
Sciebat enim ab initio ihs qui essent incredulitates. & quis tra
diturus esset eum: & dicebat. Propterea dixi quia nemo po
test uenire ad me: nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex
hoc multi discipulorum eius abierunt retro: et iam non
cum illo ambulabant. Dixit ergo ihs ad duodecim. Num
quid uos uultis abire? Respondit ergo ei simon petrus. Do
mine ad quem ibimus? Verba uite eterne habes. & nos
credimus. & cognouimus. quia tu es xpistus filius dei. Respondit
ihs. Nonne ego uos duodecim elegi: & unus ex uobis diabo
lus est. Dicebat autem iudam simonis scariothen. hic enim erat
traditurus eum qui esset unus de duodecim. In die Palmarum
Hi dies iii. Venerunt filii israel in helym. ubi erant Exodi.
duodecim fontes aquarum & septuaginta palme & castra
metati sunt iuxta aquas. Profecti quoque sunt de helym. & uenit
omnis multitudo filiorum israel in desertum sin quod est inter helym et
sinai: quintodecimo die mensis secundi. postquam egressi sunt
de terra egypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum israel

199